

W  
7725

III, 16.

216.

III, 16.

DE  
SVMMIS. SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE  
IN. REM. ALTENBURGENSIVM. SCHOLASTICAM  
MERITIS  
PROGRAMMA. X

---

QVO  
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI  
DOMINI  
FRIDERICI. III

DVCIS. SAXONIAE  
IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAЕ. ET WESTPHALIAE  
LANDGRAVII. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS. HENNE  
BERGAE. COMITIS. MARCAE. ET. RAVENSBERGAE. DYNASTAE  
RAVENSTEINIL. ET. TONNAE

PRINCIPIS. AC. PATRIS. PATRIAE  
LONGE. CLEMENTISSIMI. OPTIMI

NATALIS. AVSPICATISSIMVS

D. VII KAL. MAIL. CCCLVIII. RECVRENS  
CRAS. AVDITA. POST. MERIDIEM. HORA. III  
IN. ILL. FRIDERICIANO. GYMNASIO  
GRATIIS. DEO. AGENDIS. ET. LAETIS. GRATVLATIONIBVS

CELEBRANDVS. INDICITVR

ET. SIMVL

PERILLVSTRES. EXCELLENTISSIMI. AMPLISSIMI  
AVLAE. ATQVE. VRBIS. PROCERES

MAECENATES. MAXIMI

CVRATORES. GYMNASII. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI

REI. SCHOLASTICAE. FAVTORES. O. O. HONORATISSIMI

VT. TRES

OPTIMAE. INDOLIS. AC. SPEI. IVVENES

IVSTAE

IN. DEVVM. AC. PRINCIPEM

PIETATE. PUBLICE. SATISFACTVROS

INDVLGENTER. AC. BENEVOLE. AVDIRE. VELINT  
DEMISSE. DECENTER. QVE. ROGANTVR

A

M. IOANNE. GOTTFRIDO. MOERLINO

ILL. FRIDERICIANI. GYMNASII. DIRECTORE

LATINAE. JENENSIVM. SOCIETATIS. COLLEGA. HONORARIO



---

ALTENBURGI. EX. OFFICINA. RICHTERIA





**E**luctati praesentissimo NVMINIS auxilio superioris anni pericula, multis etiam nostris primo adspicüa terribilia, merito inter gratulations publicas, vt diuinam agnoscimus veneramur que prouidentiam, ita SERENISSIMI PRINCIPIS PATRIS. PATRIAE OPTIMI saluberrimo confiliorum temperamento spectatam curandi dexteritatem grati praedicamus. Inoffensio studiorum cursu progressi, nihil quod faciem rei nostrae scholasticæ deformauerit, vidimus, nihil quod memoriae huius anni triitem aliquam notam inusserit, experti sumus. Floruit inter propinquas belli tempestates, secunda aura adipiscere, Fridericianum Gymnasium, neque vnguam in ipso armorum strepitu mulæ nosfrae silere coactæ sunt. DEVS nobis haec fecit otia, faciat siquac porro. Erecto igitur in bonam spem animo calamum sumo, quæ de summis SERENISSIMÆ GENTIS. ERNESTINÆ in rem Altenburgensem scholasticam meritis commiemoranda sequuntur, superioribus attexturus.

Immatura præceptor morte DIVVS. FRIDERICVS. GVILIELMVS I, anno c151CII, cum nondum ultra XL annos, menses II, dies XII vixisset, impubes relinquebat IOANNEM. PHILIPPVM. FRIDERICVM. IOANNEM. GVILIELMV M et FRIDERICVM. GVILIELMV POSTVMV. FILIOS. PRINCIPES, quibus, si quid forte sibi accidere, vt profectum esset, PHILIPPVM. LUDOVICVM. PALATINVM et MAVRICIVM. LANDGRAVIVM. HASSIAE, vt tutelam susciperent, testamento rogarerat, qui, cum se excusasset fratremque IOANNEM, impuberum quippe Patruum, commendasset, cum hoc quidem hac de re egaret, sed, cum hic etiam, iusta causatus impedimenta, delatae sibi deprecatus esset, pacuis ante extremam vitæ horis SERENISSIMVM SAXONIAE ELECTOREM CHRISTIANVM. II precibus per literas, vt orbis tutor esse veller, adiecerat (a). Verum hic quoque obire id muneris initio quidem noluerat, donec Mater superstitum, accedentibus IOANNIS, defuncti fratris, precibus, Ipsiusque CAESARIS litteris, tandem Eum exorauit. Placuit non ita multo post, aquabiliem prouinciarum partitionem fieri, dataque optione, ELECTORIS imputberum tutoris suaſu, Mater, Vinariensi portione IOANNI permisſa, Altenburgensem elegit Seque cum viuenter Domo, anno c151CIV, d. XVII. Kal. Febr. Altenburgum contulit. Dignam generoso pectore, pro beneficiis a DIVO. FRIDERICO. GVILIELMO suo antehac per X annos tutore acceptis, eius liberis ELECTOR. OPTIMVS resultat gratiā atque vt falete publica omnia gauderent, pie curauit, donec mortalitate interceptus in ipso aetatis flore, nondum XXVIII annos natus, vitam cum morte commutauit, Princeps adeo munificus, vt faepenitimo ex Eo auditum sit, *in votis habere, ut locupletare omnes posset*, adeo aequus studiorum aſſimator, vt meditabundus aliquando in lecto recubans, cauſam racitaram cogitationum requirent cubiculario responderit: *cum dolore, et lacrymis recognoscere, ferro intelligentem, quam male sibi puer confulerit, nihiopere a litterarum studiis feriatus* (b). Nondum idoneam reipublicae traſtandæ

aeta-

(a) Conf. SAECHS. MERCKWVRD. p. 549. not. p.

(b) AD. FR. GLAFÉY Kern der Geſchichte p. 362. feqq.

actatem Principes pupilli attigerant, cum CHRISTIANO. II placide defuncto SERENISSIMVS. IOANNES. GEORGIVS. I vt in Electorali dignitate, sic in administranda Principatus Altenburgici cura succederer, iisdem, quibus frater, nominibus FRIDERICO. GVLIELMO tutori Suo obstrictus.

Commune adhuc Altenburgensibus ac Vinariensis Ienae Sacrum fuerat Conſistorium. Vinariam illud anno c 1510 CV transferre conſtitutum habuerat IOANNEs, morte autem praeuenitus, perficere conſilium non potuerat, manferaque ille ex eo tempore Ienae per VII annorum interiuallum. Anno autem c 1510 CXII d. XVII Kal. Decembr. Drefda datis litteris, expeditius videri, scripsit SERENISSIMVS. IOANNES. GEORGIVS, si, quemadmodum terrae Ducales diuīſae effent, ita etiam ius Episcopale ſeu iure Eccleſiaſtico diuididerent et ſeparata Conſifloria tam Altenburgi quam Vinariae inſtituerent (c), cuius negotii statim etiam exēcutione ſucepta eft. In Foersterianis Collectaneis haec leguntur: 1612 Haben Her- zog Friedrich Wilhelms vier Soehne und Herzog Iohannis zu Sachſen acht Soehne Ihr Antheil an den Kirchen-Conſifloria zu Sich in Ihre Refidenzen, tene nach Altenburg, dieſe nach Weimar genommen. Eſtſic faluberrimo muſis etiam noſtris inſtituto Altenburgi tranſmigratio CONSESSVS. ILLE SVMME VENERABILIS. Cuius praefidio DEI et PRINCIPVM noſtrorum aufſciis res ſacra et literaria adhuc viguit & ad finem viſque rerum vniuerſitatis vigeat. Primi noſtri Conſiflorii, inquit Christopher. Henr. Loebet (d) grata nobis memoria in primis coledendis, Di- rector & Affeffores fuerunt. D. BYRCARD. LVCAN, D. ABRAHAM. SVARINVS ſuperintend. D. IOHANNES. WEX et MO. IOH. CHRISTIANI, Concionator Aulicus, VICTORIUS. GRVNER, Secretarius, et IOH. GYNTHERVS. FOERSTER, Aduarius, quo- rum primus D. BYRCARD. LVCAN, fidem faciente codice Foerſteriano, primo statim anno, poſtridie Kal. Decembr. denatus, quatuor Eccleſiae Ministris C. Florenos legauit, statim a funere repreſentatos. De ſecundo, D. ABRAHAMO. SVARINO deinceps pluribus agendi erit locus. Nunc illud modo commemorandum venit, quadriennio circumacto, COSS. IACOBO. MEISEMIO et IO. IHESENERO, leges ſcholaſticas, anno c 1510 CXVI d. IV. Id. Iunii eſte auctas Venerabilique INSPECTORVM COLLEGIO traditas omnium notitiae expoſtendas (e). Quam pacatus tum rerum ſtarus fuerit, Venerabilis Loeberi (f) verbis declarare iuuat: Sub. Dnn. Elecotorum Regi- mine, tanquam ſub tegmine fagi floruerunt Eccleſiae noſtræ cum viciniis et aliis viſque ad A. 1618, ita, ut sincera doctrina in templis et ſcholis, ſumma in pace propagaretur. Et cum Potentissimus D. IOANNES. GEORGIVS, pro pietate ſua, aequum eſſe ciferet, DEO pro ſalutari reformatione Eccleſiae, ante ſaculum per Lutherum A. 1517, in vigilia omium Sanctorum inchoata, una cum aliis Monar- chis & Statibus Euangelicis ſolennes agere gratias, Feſtum Iubilaevum d. 31 Octobr. et 2 Novemb. 1617 non tantum in Elecotoratu, fed etiam in Eccleſiis tutelari regi- mini ſubieciis, adeoque in ſpecie hic locorum celebrari iuſſit.

Interea temporis SERENISSIMVS. IOANNES. PHILIPPVS ad Suam Ipsiſus tutelam peruenerat. Hinc propriae aūcipiis regendas reipublicae per aeratem legitime idoneus, Suo et trium Fratrum, FRIDERICI IO. GVLIELMI et FRIDERICI GVLIELMI POSTVMI, quorum cum imperio tutelam fuſcepferat, anno c 1510 CXVIII d. XIII. Id. Mart. nomine rem adminiſtrare adgrediebatur. Incidebat initium Principatus Eius in ipſa ſententiā illius et XXX annorum longinquitate memorabilis bellī initia, quo bello quantis ex- diionibus, annis in primis c 1510 CXXXII et CXXXIII. Altenburgi noſtri cives exhausti fint, vrbe nihil tamen feciſus bonorum direptionibus vexata, triste memorati eſt; neque tamen inter ipſas fauientis bellī turbas, quoties vel noui praeceptores conſtruenter fuerunt, vel alia ordinanda occurerunt, OPTIMI PRINCIPIS rei Altenburgensis ſcholaſticas cura deſtit. Longe vero illud maximum cenſendum, quod in conſpectu fere hoſtilium exercituum, circumactis centum ab exhibita Confessione Auguſtana annis, ſecularem immortalis beneficij memoriam, anno c 1510 CXXX per continuos quatuor dies ſolemniter ritu conſerandam curare non eſt verius RELIGIOSISSIMVS. PRINCEPS. Non autem armis tantum turbara fuit tranquillitas publica, fed ſcriptis etiam ſuperſitionem animis legen- tium & metu iniicitibus, diuulgato fine autoris nomine anno c 1510 CXXXVII libello Schwencfeldiorum errorum pleno, multisque Theologorum transmis- ſo immo in nonnullorum aedes clanculum coniecto inſcripto: Treuerzige Erinnerung an die Euangeliche Priesterſchaft in Deutzſchland, geſtellt A. C. 23, itzt aber, da die ſchreckliche Zorn-Flamme Gottes ie länger ie heftiger fortbrennet, und bishero bey dem mehrern Theil weſig Buſſe geſpüret worden, dieſelbe zu ermun- tern, wolmeinend in Druck verfertigt Anno 1637, cui auide a multis arrepto, inter

(c) Conf. CHRISTOPH. HENR. LOEBERI Hist. Eccl. Ephoriae Orlamundanae p. 92.

(d) C. H. LOEBER I. c.

(e) PAVL. MART. SAGITTARIVS in Differt. de Scholis publicis Altenburg.

(f) C. H. LOEBER Lib. cit.

alios se opposuerunt Mengeringus, Concionator Aulae Altenburgenis (*g*) et Nic. Zappius, Concionator Aulicus et Superintend. Vinariensis (*h*). Immo vero Ipsiū PRINCIPEM SERENISSIMVM terrere non erubuerunt inepti homunciones, variis generis vīa crepantes, qua de re ex Concio in funere DIVI IO ANNIS PHILIPPI a Mengeringo habita, sequentia adducit saepius a me laudatus C. H. Loeber (*i*): *Da anno 1638. im Monat November sich ein vermeinter Propheten-Bote zu Altenburg angab und etliche gedruckte Visiones, wie auch eine schriftliche Vision, über das Land und die Stadt Altenburg gesetzet, Ihrer Fürstlichen Gnaden hatte überreichen lassen, schickte Ihre Fürstliche Gnade die Sachen, mir, als Ihrem Bricht-Vater zu, mit gnädigen Begehrungen, mein Bedenken darüber zu eröffnen. Und da bey erfolgter Audienz hieun geredet war, ließen Ihre Fürstlichen Gnaden Sich ganz eifrig und gottselig vernehmen, es wäre Ihr nicht's mehr zuwieder, als wenn solche Schäärmer und Phantasten gelauften kämen. Es möchte das Ansehen gewinnen, als wenn Sie zu solchen Händeln Lust hätten, da Sie doch gedachtet, durch Gottes Gnad, bey erkarter Evangelischer Wahrheit und den Symbolis Ecclesiae unverwandtes Fusses zu verharren, Sie ließen Sich an Gottes Wort genügen.* Perficit haec sententia PRINCEPS OPTIMVS ad extremum vñque spiritum, quem nondum XLIII annos natus, DEO redditus Kal. April. c150 CXXXIX.

Nunc omisiss superioris feculi rebus ad ea venientiam est, quae turbulenta hac tempestate vel sola metu adhuc debilitatis animos misericordia possunt recreare. NATALEM nobis celebrare vere diuino beneficio contingit EXOPTATIS SIMVM. SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI DOMINI FRIDERICI. III. DVCIS. SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAЕ. ET. WESTPHALIAE LANDGRAVII. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS. HENNEBERGAE. COMITIS. MARCAE. ET. RAVENBERGAE. DYNASTAE. RAVENSTEINII. ET. TONNAE PRINCIPIS. LONGE. CLEMENTISSIMI. AC. PATRIS. PATRIAE. PRO. SALVTE. PVBLICA. VIGILANTISSIME. EXCVBANTIS. CVIVS. vita acfalus nostram omnium felicitatem complectitur. O! quantas DEO. CONSERVATORI debemus gratias, qui grauissimas inter curas, omnes in admirationem rapientes, EIVS non tantum corporis animique vires folido flare fecit robore, sed confila etiam sic fortunavit, ut, quae lucluosa inciderunt, lucluofissima non euaerint. Quanta precum coniunctione implorandus est DEVS, vt adscriram usque feneatutem HVNC. PATRIAE. PATREM. VERE. PATREM faluum, vigentem ac vegetum praefare, sua ope confirmare, recreare, CONIVGEM. SERENISSIMAM. HEREDEM. FILIVM. RELIQVOS. LIBEROS. SERENISSIMOS feruare, gratia cumulare, pacem que omnium votis expectata terris reponere clementissime velit. In his nostra occupata erit pietas, cuius CRAS. AVDITA. POST. MERIDIEM. HOR. III tres optimae indolis ac spesi iuuenes atque ob eximias aumni dates in primis commendabiles CHRISTIANVS. FRIDERICVS. BOERNER Altenburg. CHRISTIANVS. GOTTERIDVS. MOERLINVS Altenburg. IOANNES. GEORGIVS. FVCHSIVS Wolkenberg, tefes atque interpres produtri sunt, quos ut PERILLVSTRES. EXCELLENTISSIMI. AMPLISSIMI. AVLAE ATQVE. VRBIS. PROCERES. MAECENATES. MAXIMI. CVRATORES. GYMNASII. GRAVITATE. ATQVE. AVTORITATE. SPECTATISSIMI. REI SCHOLASTICAE. FAVTORES O. O. HONORATISSIMI indulgenter ac benebole audire veline demisse decenterque oro.

CHRISTIANVS. FRIDERICVS. BOERNER DEO pro conservata inter tot periculorum casus re litteraria gratias aget Oratione Latina.

CHRISTIANVS. GOTTERIDVS. MOERLINVS. SERENISSIMO PRINCIPI. AC. PATRI. PATRIAE. OPTIMO inter maximas grauissimasque rei sacrae et ciuilis curas diuinitus corroborato de mississime gratulabitur Oratione Germanica.

IOANNES. GEORGIVS. FVCHSIVS. FRIDERICVM, olim dictum STRENNVM canet Latino carmine.

(g) ARNOLD. MENGERINGVS in Disp. Inaugurali Ienae Praef. D. IO. MAIORE c150 CXXXVIII habita.

(h) NIC. ZAPPIVS libro *Treuborze Wachter-Schmiede*.

(i) C. H. LOEBER lib. cit. p. 99-101. vbi quae de huius modi libris commemorati fusius narrata legi possunt.



Wf 1725. 40

UDR

ULB Halle  
006 753 418

3





DE  
SVMMIS. SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE  
IN. REM. ALTENBURGENSIVM. SCHOLASTICAM  
MERITIS

PROGRAMMA. X

QVO

SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI

DOMINI

FRIDERICI. III

DVCIS. SAXONIAE

IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAЕ. ET WESTPHALIAЕ  
LANDGRAVII. THVRINGIAЕ. MARCHIONIS. MISNIAЕ. PRINCIPIS. COMITIS. HENNE  
BERGAE. COMITIS. MARCAЕ. ET. RAVENSBERGAE. DYNASTAE  
INSTEINIL. ET. TONNAE

AC. PATRIS. PATRIAE  
LEMENTISSIMI. OPTIMI

AVSPICATISSIMVS

L. MAIL. CCCLVIII. RECVRENS

POST. MERIDIEM. HORA. III

RIDERICIANO. GTMNASIO

IDIS. ET. LAETIS. GRATVLATIONIBVS

BRANDVS. INDICITVR

ET. SIMVI

EXCELENTISSIMI. AMPLISSIMI

TQVE. VRBIS. PROCERES

NATES. MAXIMI

ASII. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI

E. FAVTORES. O. O. HONORATISSIMI

VT. TRES

NDOLIS. AC. SPEI. IVVENES

IVSTAЕ

AC. PRINCIPEM

PUBLICE. SATISFACTVROS

C. BENEVOLE. AVDIRE. VELINT

E. DECENTERQVE. ROGANTR

A

OTTFRIDO. MOERLINO

ICIANI. GYMNASIJ. DIRECTORE

IVM. SOCIETATIS. COLLEGA. HONORARIO

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimeters

Inches

